Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

testis acta ad miracula leopoldi cum rem negligeret. nec se
iureiurando pateretur astringi subitum dolorem sensit colore
amisso. statimq; penitens et diuo se comendans pulso dolore sana
facta est. Presbiter cu laicis quatuor vi tempestatis acti ab
eodem diuo cuius nume supplices inuocarant periclo erepti sut.
Item tres alii idem passi eodem modo liberati diuo vota
persoluerunt. Anna patauiensis per triennium paralitica
ad tumulu pueri leopoldi sanat. Item michalem quendam
per triennium in lecto cubantem. Item mathieum eode
morbo laborantem insuper et lumine captum. cum cere
imaguncula vouisset reddidit incolumem. Margareta
vxor stefani eode morbo implicita ab eodem diuo liberatur.
Duas annos natus seragmata luminibus captus idq; per
annos quatuor. ductus ad tumulum leopoldi recuperato vi
su domum redijt. Mulier quedam per quatuor ebdomadas ex
cecata cum nulla posset medicor ope curari. voto copleto qd
ad leopoldum emiserat visu recepit. Infans pdolore oculor
per octo dies excecatus. siquando oculos aperire tentabat e
palpebris eius sanguis eribat. pluribusq; per parentes eius
remedijs frustra expertis. tandem diui leopoldi auxilium im
plorantes filij salutem impetrarunt. Hoc elisabet mater te
statur contestem habens vnum. Puri modo Joanni per
octo dies nihil videnti ide diuus sanitatez lucezq; restituit. Item
puer cui tuberculum carnis sinistro oculo erat innatum desi
rata salute ab oibus. inuocatus leopoldus sanauit.
Mulier quedam triennio colore oculor afflicta postremo ce
ca facta a leopoldo liberat. Item quatuordecim alii diuersis ocu
lorum morbis afflicti ab omi penitus morbo fiunt immunes.
Stefanus puer septem annor nec audiens nec ingrediens
eode nume inuocato sanitate recepit. Mulier ob infirmitatem
quam in ore perpessa fuerat per sex annos nullum recte vt intelli
gi posset proferens uerbum voto completo exaruit in vocalis eua
sit. Adolescentula per integrum annum muta surda et cecu
iacens. diuo leopoldo se comendans pristine restituta est sani
tati. Alius a natiuitate die mutus delatus ad tumulum leopol
di loqui cepit. Barbara duobus mensibus muta surdaq;
pristine saluti a leopoldo restituitur. Alium decem annos mutum
liberauit leopoldus. Georgius luster per mensem surdus.

Item thomas